



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Io. Francisci Leonis Eporediensis I. V. D. Episcopi Thelesini Thesaurus Fori Ecclesiastici

Leoni, Giovanni Francesco

Coloniae Agrippinae, 1682

77 Episcopi possunt animadvertere in notarios male officium suum
exercentes.

urn:nbn:de:hbz:466:1-10316

imperitia plurima damna, & multarum occasio litium oriatur, Episcopi, tanquam Sedis Apostolicæ delegati, quoscumque notarios, etiam si Apostolica, imperiali, aut regia auctoritate creati fuerint, examinatione adhibita, poterunt eorum scientiã scrutari, illisque non idoneis repertis, aut quodocunque in officio delinquentibus, officii ejus in negotiis, litibus, & causis ecclesiasticis, ac spiritualibus, exercendi usum perpetuò, aut ad tempus prohibere possunt, appellatione remota; Concil. Trident. de reform. sess. 22. cap. 10.

77 Decimosexto in omnibus ¶ iis, quæ ad visitationem, & morum correctionem subditorum suorum spectant, Episcopi, tanquam Sedis Apostolicæ delegati, habent facultatem, & jurisdictionem ea ordinandi, moderandi, puniendi, & exequendi juxta canonum sanctiones, quæ illis ex prudentia sua, pro subditorum emendatione, ac diocesis suæ utilitate, necessaria videbuntur; In his autem, ubi de visitatione, aut morum correctione agitur, omni, & quacunq; appellatione, seu querela, etiam ad Sedem Apostolicam interpolata, remota, quæ executionem ullo modo impedire, aut suspendere possit, concil. Trid. in cap. 10. de reform. sess. 24. dummodo Episcopi procedant sine processu, & sine scriptis, etiam carcerando, & carcerato-

servandis, procedat, non habet locum dictum cap. 1. nec cap. 10. sed à sententia definitiva tantum admittitur appellatio, quæ suspendit judicatum, ut per eand. sac. congreg. super eod. c. 1. decis. sub titul. Sarnen. ut etiam suspenditur sententia lata super privatione beneficii, & suspensione à divinis per annum, ut ibi sub tit. Andrien.

78 Decimosseptimò contra ¶ Protonotarios Apostolicos, Comites palatinos, capellanos regios, & alios privilegiatos Episcopi, etiam, tanquam Sedis Apost. delegati, procedunt, exceptis tamen iis, qui hospitalibus, monasteriis, & militiis privilegiatis aëtu serviunt, & intra eorum septa, & domos resident, subque eorum obedientia vivunt, sive iis, qui legitime, & secundum regulam earundem militiarum professionem fecerint, de quo Ordinario constare debet, non obstantibus privilegiis etiam S. Joannis Hierosolymitani, & aliarum militiarum, ac Eugenianæ constitutionis favore residentium in curia Romana editæ, quoad eos, qui beneficia ecclesiastica obtinent, qui ratione eorundem Ordinariis locorum sunt subjecti, concil. Tridentin. cap. 11. de reform. ead. sess. 24. cap. 3. sess. 6. cap. 4. sess. 14. & cap. 14. de reform. sess. 25. cap. cum capella de priv. l. cap. divina, in extravag. com. eod. tit.

79 Decimooctavo ad tollendas ¶ pravas consuetudines, & abusus, qui electionibus, præsentationibus, nominationibus, institutionibus, collationibus, & possessionum beneficiorum traditione, pro quibus pecuniæ solvebantur, non sine simoniæ incurſu, cap. de regularibus, cap. nobis, & tot. tit. ext. de simo. Episcopi, tanquam Sedis Apostolicæ delegati, de subreptione, & obreptione eorundem statuto-